



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Thecla V. & M. 23. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

hanc jam tunc ad PROIECTVM populus, nisi alterius ambitio præripuisset. Huic ipsi tamen optatam prædam mors intra xxv. dies eripuit, ut alter sibi delatam, cum fatalem esse capiti non merenti videret, ultrò ad PROIECTVM remitteret. Tunc demum infula locum se dignum credidit noctam esse, quando non tam ipsa lilium, quam lilium ipsam coronavit. *Ex Ferrar.*

Sipro temporali curâ ægri medicis obediunt, servant arduam parcitatem; quare pro sempiternâ salute sit durum Christo moderatis obedire jejuniis, corpus gubernare mensurâ mentem regere parcitate, sensum sobrietate frenare? S. Pet Chryl. serm. 41.

S. THECLA V. & M. 23. Septembris.

Princes earum virginum THECLA memoratur, quæ candidum animi pudorem martyri purpurâ exornarunt. Hæc à Magno Paulo fidei Iconii edocta, cum ab ejus ore dies noctesque è fenestrâ penderet, facile misso, qui ei è primâ nobilitate fuit, sponso, Christo amores suos addixit. Quam ipsam ob causam cum castitatis magister Paulus in vincula esset datus, gemmis omnique mundo muliebri distractis, aditum sibi ad eum mercata est, eas demum gemmas æstimans, quas è Pauli ore legeret. Et vide in virgine Herculem. Capta cicuravit, quibus objecta fuit, leones? domuit, quibus alligata fuit, tauros? vicit undarum, quibus immissa est, monstra? triumphavit, quos conscenderat, ignes; & flammæ, quæ nec Herculi pepercerant, virgini pepercere: ut sciant, qui castitatem eunt occisum, omnibus monstris insaniore se esse. Cæterum tot victoriis inclita Seleuciâ venit, ubi cum ægris compluribus

Y S

salu-

salutiferam manum porrigeret, medici, quibus, quod nullam jam lucelli spem viderent, oculi scilicet dolebant, in virginem infames adolescentulos armarunt. Hos leones cum fugeret, quae nec leones fugerat, jam jam comprehendendae sinum rupes discedens praebuit, clausuraeque castitati & asylon & tumulus fuit. Itaque qui pudori periclitanti non consulit, hunc ego etiam rupe duriozem dicam. *Ex D. Basil. & Metaphr.*

Inter omnia certamina Christianorum sola sunt dura praelia castitatis; ubi quotidiana est pugna, & rara victoria: gravem namque sortita est castitas inimicum, cui quotidie resistitur, & semper timetur. S. Aug. l. de Hon. mul.

S. GERARDVS EP. M. 24. Septembris.

Genuere Venetiae GERARDVM magno suo honori, majori Ungariae bono. Nam per hanc illi domum iter est ad sacras Solymae terras, hospitem interceptit Rex D. Stephanus, & detentum amicum viginti Episcopum dedit. Nihil illi post Christi honorem prius, quam Matris huius cultus, quem toto regno magnam animi sui voluptate, fructu hominum quam maximo, disseminavit. Pietatis in MARIAM illud argumentum esto, quod ante eius aram namquam non binos ministros excubare voluit, qui thuris odore eam honorarent, & fumo tam pio proderent, quibus Virginem castissimè ardebat, ignes sanctissimos. Adhaec nemo unus fuit, qui ab offenso veniam non exorasset, simul interposito Patronae MARIAE nomine orasset: ut jam nominis huius characteres totidem calculos candidos dixisses, quibus omnes apud illum rei absolventur. *Iam ut corpus in virtutis*

25. Sept.
palæstra
petebat
cem do
gnum,
tradidit
optimam
dam. E
cinctus
innoxium
rum ev
cidis su
petorasti
Beat
rum (eq
effert. i
colit: e
vacuum
Ephrem
B. PV
Q
ric
& ferul
ciendos
Eutyche
sto natu
bat, doc
cum sub
totus c
vi. ipso
bis adif
animi i
tum ip